

## PRÆMONITIO.

**E**Narrantur in hoc libello digesta oratione mensium pleraque dignas citu vel imitatione exempla coniugalia, quæ ipse status eorum vel bene auspiciatus, vel feliciter terminatus alcero vel utroque conjugum ex humanis sublato. Ea vero sunt pleraque selecta ex integra vita sive ad verbum, ut raro, sive succinctius, ut plurimum, quantum veritatis et sensus ratio permittebat, sive latinius tum ob nouam descriptionem, tum commodiorem intelligentiam: seruatis tamen saepissime authorum verbis et textu ob fidem historiarum, pauca tamen cum integra vita relatione, nonnulla etiam non tam sanctorum canonizatorum gesta, quam ab ipsis SS. vitis quasi per occasionem desumpta. Adiuncta sunt exempla ad calcem libri sparsim verbis scripturæ. Si horum cognitio ad gloriam Dei, eiusque cultum promovendum, conseruandum vel augendum,

ad

## PRAEMONITIO.

ad Catholicæ Romanæ Religionis stabili-  
mentum & incrementum, ad coniugum  
item salutem cum familiis tribubusque  
posteriorumq; & sociorum eorum conducis-  
tilia erunt, sat magno hic labor aut po-  
tius conatus fructu compensatus existi-  
mabitur, salvo interim iudicio melius sen-  
tientium, aut eorum, qui hæc vberius ma-  
ioriq; autoritate euulgabüt, cum tempus  
admittet. Inuenient in primis coniuges.  
quos honestas virtutis suæ vel alienæ ob-  
lectat vel obligat, quo l referre vel audi-  
re, transcribere, vel deligere, expendere  
vel imitari, suspicere, vel depraedicare,  
mandare, vel vetare lubebit. Inuenient  
etiam innupti vtriusque sexus, quo studio  
& animo, Deique semper assistente gra-  
tia illibatam ante nuptias seruare castio-  
tatem deceat: inuenientque proinde &  
cælibes sui cælibatus tuendi normam,  
quam seruent, exempla quæ sectentur,  
perseuerantiam, quam assequantur.